



BOLETIN ECLESIASTICO

DE LOS OBISPADOS DE


SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

CIRCULAR.


S. M. el Rey (q. D. g.) Nos ha espresado su deseo de que tributemos á Dios las debidas gracias por el fausto suceso que acaba de realizar, contrayendo matrimonio con S. A. R. la Infanta D.^a Maria de las Mercedes Orleans y Borbon, y que á la vez imploremos el auxilio divino, á fin de que con él puedan los Augustos Monarcas regir con el amor y sabiduría que engrandecieron el reinado de sus ascendientes, la noble Pátria cuyos destinos les están encomendados. Haciendo nuestro el deseo de S. M., y aceptando con grata obediencia su religioso encargo, mandamos á nuestros venerables Párrocos, Ecónomos y encargados de las parroquias, y donde hubiere varias, al de la de mas importancia y significacion, que en uno de los dias inmediatos al recibo de este *Boletín*, solemnicen el grandioso aconte-

cimiento, celebrando Misa cantada con *Te Deum* á su terminacion, invitando prévia y atentamente á este acto á las Autoridades, y convocando al pueblo, para que todos unánimes interesen en favor de la Nacion á la Divina Providencia, rogándola se digne otorgar todo género de felicidades á los régios consortes, y muy especialmente la de llevar á la Pátria á la prosperidad y engrandecimiento á que por su fé religiosa ha sido siempre acreedora.

Salamanca 24 de Enero de 1878.—NARCISO, *Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*



Principales decisiones de la Iglesia acerca de la enseñanza del Catecismo.



Conc. Trid. Sess. 24 de Ref. cap. 4.º ad finem.

«(Episcopi) etiam saltem Dominicis, et aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis fidei rudimenta, et òbedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis ad quos spectabit docere curabunt; et, si opus sit etiam per censuras ecclesiasticas compellent: non obstantibus privilegiis, et consuetudinibus.»

El Papa Clemente XII en carta encíclica de 1.º de Julio de 1735 dirigida á los Obispos de Italia dice:

«Sobre todo Su Beatitud inculca la exacta observancia de cuanto se refiere á los párrocos sobre este punto del Sagrado Concilio de Trento, y especialmente que no se deje sin cumplir por más tiem-

po la instruccion en la misa de dia festivo, lo cual tambien deberá hacerse por todos los Sacerdotes que celebran en los mismos dias en Iglesia ó Capilla rural para enseñanza de aquella gente que asiste al santo sacrificio, y así deberán enseñar todo aquello que deben creer esperar y obrar, especialmente los misterios principales de nuestra santa fé.»

Benedicto XIV, despues de dolerse de que muchos fieles ignoran lo necesario para salvarse, y accediendo á las indicaciones de varones piadosos que le habian hecho notar ese grave mal y la conveniencia de que se pusieran catequistas para instruccion de los rudos ignorantes y párvulos, añade en su Constitucion de 7 de Junio de 1785 «Cum religiosi».... Nos itaque S. Caroli Borromæi exemplum præ oculis habentes, quamvis omne hactenus studium impenderit atque sedulitatem, hortamur adhuc rogantes vos per Jesu Christi viscera, ne in tanto opere tradendi Christianæ fidei rudimenta, animum despondeatis. Hoc agite, ut parochorum quisque, quæ Sacro Tridentino Concilio, quæ vestris Synodalibus statutis jubentur, sedulo exequatur: ut statutis diebus scholarum Magistri, et Magistræ Doctrinam tradant Christianam: ut confessarii, quæ muneris sui sunt impleant, quoties quisquam se ipsorum Tribunali sistit, ignorans quæ necessitate medii sunt ad salutem necessaria; idipsumque præstent et parochi antequam sponso Matrimonio conjungant: Patres familias, atque domorum Heri, serio moneantur de imposita sibi obligatione erudiendi per se, erudiendosque curandi Christianæ Doctrinæ præceptis filios, suosque familiares: quibusque in Diocesisibus receptus est servetur, cureturque recipiendus, ubi hactenus non obti-

nuit, usus, juxta quem, ante et post Parochialem Missam, elata voce, per ipsum Parochum recitantur fidei, spei et charitatis actus recte compositi, populo interim parochi verba iterante. Nec etiam negligatur incumbens parochi onus, quo festis diebus nisi con- tionem ad populum habere, certe quidem ex altari Evangelium ei explanare, ipsamque præcipua Sanctæ Religionis nostræ Mystéria, Dei præcepta, et Ecclesiæ, ac quidquid demum opus est, ut Sacramentorum digne particeps fiat, edocere tenetur. Vestigia hæc sectentur quoque concionatores, quibus salutare illud iteretur monitum, ut adhortationibus institutiones adjungant, quandoquidem utriusque indigent auditores. Denique, quænam sit optima methodus in rudibus hominibus Christiana Doctrina erudiendis, indigitatur á Sancto Augustino in libro de Cachetizandis rudibus cap. 10 ubi inquit, proficuum præ cæteris eam esse, qua post explanationem, familiares instituuntur interrogationes; lex familiari quippe interrogatione compertum sit, an quæ quisque audivit, mente perceperit, vel an potius iterata explanatione opus sit, ut alieno captui res subjiciatur: *interrogatione quærendum est, utrum is, qui cathizatur, intelligat; et agendum pro ejus responsione ut aut planius, et enodatius loquamur, aut quæ illis nota sunt, non explicemus latius etc. Quod si nimis tardus est, misericorditer succurrendus est, breviterque, ea quæ maxime necessaria sunt, ipsi potissimum inculcanda.* Illud nobis persuasum est, fore, ut longe plura ipsi persequamini, quam encyclicis hisce litteris Nostris vobis indigitamus etc.

El Papa Pio IX en su carta Encíclica *Noscitis et nobiscum* de 8 de Diciembre de 1849, lamentándose de



los errores que corren y del empeño de los impíos por destruir la religion católica, dice entre otras cosas: «Ea vero ut in irritum cadant, satagendum omnino ne populus de Christiana Doctrina, ac de Lege Domini parum instructus, et diuturna in multis grassantium vitiolorum licentia hebetatus, paratas sibi insidias, et propositorum errorum pravitatem agnoscere vix possit. A Vestra igitur Pastoralis sollicitudine vehementer exoptamus, Venerabiles Fratres, ut nunquam intermittatis omnem adhibere operam, quo crediti Vobis fideles Sanctissima Religionis nostræ dogmata ac præcepta, pro cujusque captu, diligenter edoceantur, simulque moneantur, et excitentur omnimodis ad vitam moresque suos ad illorum normam componendos. Inflammate in eum finem Ecclesiasticorum hominum zelum, illorum præsertim, quibus animarum cura demandata est, ut serio meditantes ministerium, quod acceperunt in Domino, et habentes ob oculos Tridentini Concilii præscripta majori usque alacritate, prout temporum ratio postulat, in christianæ plebis instructionem incumbant, et sacra eloquia, ac salutis monita in omnium cordibus inserere studeant, annuntiando ipsis cum brevitate, et facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut pænam æternam evadere, et cœlestem gloriam consequi valeant.

Speciatim vero procurandum est ut fideles ipsi impressum in animis habeant, alteque defixum dogma illud sanctissimæ nostræ Religionis, quod est de necessitate catholicæ Fidei ad obtinendam salutem....»

Y despues añade: «Eo autem in genere præcipuam Vobis, planeque liberam auctoritatem et curam vindi-

cabitis super Professoribus Sacrarum Disciplinarum et in reliquis omnibus quæ Religionis sunt, aut Religionem proxime attingunt. Advigilate, ut in tota quidem scholarum ratione sed in his maxime, quæ Religionis sunt, libri adhibeantur ab erroris cujusque suspitione immunes Commonete animarum curatores, ut seduli vobis adjutores sint in iis, quæ scholas respiciunt infantium et juvenum primæ ætatis; quo destinentur ad illas Magistri, et Magistræ probatissimæ honestatis et in pueris aut puellis ad christianæ Fidei rudimenta instituendis libri adhibeantur á sancta hac Sedi probati: Qua in re dubitare non possumus, quin parochi ipsi exemplo illis sint, et Vobis sedulo instantibus, in pueros ad christianæ Doctrinæ primordia instruendos quotidie magis incumbant, eamque instructionem ad graviore sui muneris partes omnino pertinere meminerint. Iidem vero admonendi erunt, ut in suis sive ad pueros sive ad reliquam Plebem instructionibus habere ob oculos non omittant Catechismum Romanum, quem ex decreto Tridentini Concilii et S. Pii V immortalis memoriæ Decessoris Nostri jussu editum, alii porro Summi Pontifices, ac nominatim fel record. Clement XIII cunctis animarum Pastoribus denuo commendatum voluit, tanquam *ad pravarum opinionum fraudes removendas, et veram, sanamque doctrinam propagandam, stabiliendamque opportunissimum subsidium.*»

*Indulgencias concedidas por la S. de Clemente XII,
á los que asisten al catecismo.*

Despues de ampliar y confirmar las indulgencias y remisiones concedidas por los RR. Pontifices á los que enseñaren el catecismo en Italia, añade en su Breve de 27 de Junio de 1735. «Præterea eisdem Adultis qui verè pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti, ejusmodi pio exercitio devote intervenirent, qua vice id agerent, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodo libet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavimus, qui vero illud assidue frequentarent, eundem Catechismum, Doctrinamve Christianam docentes, vel addiscentes, ac verè similiter pœnitentes, et confessi, Sacraque Communione refecti, pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effunderent, in Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis Dominicæ, nec non Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum festis diebus, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concessimus, et alias prout in nostris in pari forma Brevis die 27 Junii 1735, desuper expeditis litteris, quas perpetuis futuris temporibus valere statuimus, quarumque tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum inserto habere volumus, uberius continetur.

Nunc autem nos memorati Catechismi, Doctrinæ Christianæ usum, et frequentiam tantopere commen-

dabilem, ac salutarem, ne fideles circumferantur tanquam parvuli fluctuantes omni vento doctrinæ, sed firmo fidei fundamento adherentes cœcè difcentur in habitaculum Dei in Spiritu Sancto ubique locorum, ac gentium propagari, magisque in dies augeri enixe cupientes, supplicationibus etiam plurimorum ex venerabilibus Fratibus Archiepiscopis, et Episcopis extra Italiam hujusmodi existentibus, nec non dilectorum Filiorum Officialium et Confratrum Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ in Urbe præfata dudum auctoritate humiliter porrectis inclinati; concessionem indulgentiarum, et peccatorum remissionem, pœnitentiarumque relaxationem docentibus, et adultis addiscentibus Catechismum, seu Doctrinam Christianam in Urbe, Italia, ac insulis adjacentibus á nobis factam, sicut præmittitur, expeditasque desuper litteras nostras prædictas, ad universos Christi fideles, ubicumque locorum nunc, et pro tempore existentes eundem Catechismum, Doctrinamve Christianam similiter docentes, et adultos addiscentes, servata earundem litterarum nostrarum forma, et dispositione, auctoritate Apostolica tenore præsentium in perpetuum extendimus similiter, et ampliamus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Circular de la Direccion general de Rentas estancadas.

Por el Ministerio de Hacienda se ha comunicado al de Gracia y Justicia con fecha 13 de Diciembre último, la Real orden que sigue:

«Excmo. Sr.: He dado cuenta al Rey (q. D. g.) del expediente instruido por la Direccion general de Rentas Estancadas con motivo de la reclamacion promovida por el Gobernador eclesiástico de Sevilla para que se declaren exentos de la inspeccion administrativa los libros de colecturais de Misas por naturaleza é indole especial de los mismos; y considerando que lo propuesto por este Ministerio se encuentra ajustado á las disposiciones contenidas en el Real decreto de 12 de Setiembre de 1861, puesto que el parrafo 12 de su artículo 45 se refiere á los libros de partidas sacramentales y de defuncion, los cuales han de llevarse precisamente en papel del sello de oficio, y sujetos por tanto á la accion de los Visitadores, segun lo prevenido en la instruccion dictada para el cumplimiento del citado Real decreto, no haciéndose mencion en dichas disposiciones de los demás libros parroquiales; y conformándose S. M. con lo propuesto por la Direccion general de Rentas Estancadas y lo informado por la Asesoría general de este Ministerio, se ha servido disponer que se comuniquen las órdenes oportunas para que los Visitadores de papel sellado se abstengan de inspeccionar los libros de colecturías de Misas, por no estar comprendidos en las disposiciones que rigen en la materia. De Real orden lo digo á V. E. para los efectos correspondientes.»

Otra circular de la Direccion general de Rentas Estancadas declarando que los libros de Fábrica no deben llevarse en papel sellado.

En ella, entre otras cosas, se dice: «que no se infringe »la ley de papel sellado por llevar en papel blanco los »libros de Fábrica, y que únicamente en el caso de haberse infringido el capítulo 4.º, artículos 44 y 45, párrafos 1.º y 12 de los mismos, que determinan el sello »que habrá de usarse en los libros sacramentales y de »defuncion, y en las certificaciones de las expresadas »partidas, es cuando pudiera imponerse la pena que »establece el Real decreto de 12 de Setiembre de 1861.» Se encarga tambien que los Visitadores limiten la inspeccion de sus actos á los documentos que puedan ser objeto de la visita, cuyos documentos son los comprendidos en los artículos y párrafos citados, que se insertan á continuacion.

«Art. 44. Se estenderán en papel del sello de 2 rs.:
1.º Las copias ó certificados de las partidas sacramentales ó de defuncion.

«Art. 45. Se extenderán en papel del sello de oficio:
1.º Los libros sacramentales y de defuncion.»

Lo que se recuerda para gobierno de los Sres. Párrocos.



LA ESPOSA.

Poema por D.^a Josefa Estevez de Garcia del Canto.

Además de la importancia que dán á este libro las galas literarias de que está lleno, tiene la de presentar el tipo perfecto de la mujer en la nobleza á que el Cristianismo la elevó, y ejerciendo esa saludable influencia que mantiene inalterable la paz en el hogar doméstico, y que tan eficazmente contribuye á la perfeccion social por medio de la perfeccion de la familia. Todo cuanto en é se refiere es real, práctico y, hasta por decirlo así, ordinario, pero el sentimiento religioso con que el poema está escrito, le comunica más belleza é interés que los que dan á otras obras de su índole lo extraordinario ó heróico de los sucesos sobre que versan; prueba clara de que la religion enaltece y abriga todo cuanto en algun modo participa de ella. Es recomendable la adquisicion de este libro que se vende á 3 pesetas en Madrid, Plaza del Biombo, núm. 2, casa editorial de D. Manuel Rodriguez.

DIE XXIX JANUARI

IN FESTO

S. FRANCISCI SALESII

EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS.

IN OFFICIO

*Omnia ut in Breviario Romano hac die præter
sequentia.*

Antiphona ad Magnificat in utrisque Vesperis:

«O Doctor optime, Ecclesie santæ lumen, beate Fran-

cisce, divinæ legis amator, deprecare | pro nobis
Filius Dei.»

Lectiones Primi Nocturni Sapientiam ut in Comuni Doctorum.

In secundo Nocturno, ad VI. Lectionem post verba vigesimanona Ianuarii, addantur hæc alia «et a Summo Pontifice Pio Nono ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiæ Doctor fuit declaratus.»

Lectiones tertii Nocturni de Comuni Doctorum primo loco; Homilia S. Augustini Episcopi Ostendit Dominus in Evangelium. Vos estis sal terræ.

℞. VIII. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus. ŷ. Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum. Et. Gloria Patri. Et.

MISSA.

In medio Ecclesiæ de Doctoribus, cum Oratione tantum propria, ut in Missali Romano hac die.

Et dicitur Credo.

NECROLOGÍA.

En seis del corriente falleció D. Fulgencio Maillo, Párroco de la de San Miguel de la Villa de Alba de Tórmes. Roguemos á Dios por su eterno descanso.
R. I. P.

SALAMANCA: MP. DE OLIVA.